Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 195

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 467.

6. Saec: 15.

Alberti M. Tractatus de corpore, et sanguine Xti.

164a – 204b

"Incipit Tractatus de corpore Xti bonus". Ini,
tium praefationis est: "De sacrosancto corpo,
"ris domini locuturi sacramento proponimus do,
"nante deo procedere tali modo." Circa finem pro,
"logi dicit:" De predictis utique custoditis
"et sacre Scripture testimonijs roboratis poterit
"largiente domino aliqua Sermonum copia pullu,
"lare." &c. Unde patet authorem voluisse prom,
"tuarium quoddam congerere, ex quo materiae
desumerentur ad concinnandos de corpore, et
sanguine Christi Sermones. In fine legitur:
"Scriptum per Johanem Rumph de Weytra pres,
"byterum dyocesis patav. in Tullna civitate
"ejusdem dijoce. anno domini M°CCCCXXVIIIj
"sub Martini pape quinti et Leonhardi episco,
"pi patav. et maxima gverre ex parte hussonum
"hereticorum et eorum fautorum." Haec sequun,
"tur notata privata theologica &c. nullius
momenti. Author hujus tractatus est Albertus
M. Vide opp. ejus edit. Lugdun. Fol. T. XII. et Que,
tif T. I p. 175.

189 r

Cod. CXCV.

Chartac. Fol. Saec. 15. 2 3.8

Hol. Vors.

1.

Nicol: Dinckelspühel Sermones de Festis.

1a – 130b

Nicolai Dinckelspühel Sermones de festis.
Primus in Codice nostro est de S. Joanne
Evangelista, et incipit: "Conversus Petrus
"vidit illum discipulum &c. Quamquam fideles
"in omnibus suis necessitatibus." Hos Sermo,
nes esse Nicolai Dinckelspühel edicit titulus
asseri anteriori inscriptus, confirmat Kropffig

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 195

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 468.

Bibl. Mellic: p: 170. seqq: et subscriptum, quod in Codice nostro legitur Fol: 131. nempe": Explici„ „unt Sermones de Sanctis (a) Reverendi M: Ni„ „colai de dinckelspuchel compilati in alma Universitate Wiennsi comparati per Johanem hofmüllner de Weytra". Sed et sequentes hoc subscriptum Sermones eidem authori adtri„ „buendos esse censeo, tum quod primus mox Ser„ „mo de Pentecoste, qui incipit: "Spiritus ejus ornavit coelos &c: Venerabilis Beda". /: Kropff: l.c: p. 179: / Dinckelspühelii est; tum quod etiam coeteri stilum ejus omnino redolent, et non„ „nullorum initialia verba omnino cum Sermoni„ „bus a Kropffio laudatis conveniunt. Id autem lectorem admonere volui, sermonem Fol: 182. qui rubricam habet: Sermo S. Augustini Doctoris eximii non esse Augustini, sed de Augustino; quinta enim jam linea authoritas S. Bernardi inducitur, et circa finem exordii ipse Augusti„ „nus beatissimus Doctor et pater noster nomina„ „tur.

(a) Sunt etiam de festis Dni & B. V. M.

131a – 229a Sermones varii.

2

Eiusdem Tractatus de oratione dominica. 231a – 267a

Eiusdem Tractatus de oratione dominica, qui complectitur decem Sermones admodum amplos. Primus incipit: "Si quid petieritis patrem &c: S. Crisostomus." De hoc Kropff: l.c: p. 173. et nos jam in Cod: LXXXVI. n: 5.

3

Joannis Gews Tract: de indulgentiis. 268a – 276b

Joannis Gews Tractatus de indulgentiis. Rubrica quidem dicit: "Sermo d' Indulgenciis" sed Sermonem non esse caecus videt. Incipit: Quodcunque solveris super terram erit solu„ „tum et in celo scribitur Mt. 16c. Hec ver„ „ba Xtus dominus noster dixit."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 195

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 469.

4

Tractatus de peccatis linguæ, et oris.

277a - 306a

Tractatus de peccatis linguæ, et oris. Initium est: "Notandum quod valde dificile est quod homo non peccet peccato oris vel lingwe." Post blasphemiam agit author de peccatis in Spiritum S. et de sex donis, seu gratiis Spiritus S. quæ retrahunt hominem a peccatis. Apfaltrer in Script: Univers. Vienn: Sec: I p: 137 Joanni de Grätz attribuit Sermones de peccatis oris, et lingua, qui Pragæ, et Viennæ floruit circa annum 1444.

Joannes de Grätz

Nota: Tractatus iste negligenter, confuse, et incomplete scriptus multo perfectior exiſtit in Cod: CCXXI n: 2, ibique Joanni Gews adscribitur.

Cod: CXCVI.

Chartac: Fol: Sec: 15. 2 39.

Aegidii Romani libri III de regimine principum.

(a) Cognomento Pulchro.

(b) Cognom: Audaci

Ægidii Romani, seu de Columna libri III. de regimine principum. Rubrica præmittitur hæc: "Incipit liber de regimine principum editus a fratre Egydio romano ordinis fratrum heremitarum Sctī Augustini &c:" Initium præfationis est: "Egregia ac scientissima prosapia oriundo suo domino spāli domino Phylippo (a) primogenito et heredi preclarissimi viri domini Phylippi (b) Dei gracia illustrissimi regis francorum suus devotus frater Egydius romanus ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini cum recomendatione se ipsum et ad omnia famulatum." Totum in Codice nostro ab.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 195

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27532

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)